

Zur Promulgationsfeier an der Salzburger Universität.

Bon
Professor P. Tassilo Lehner.

In der „Historia Almae et Archiepiscopalis Universitatis Salisburgensis“*) wird der Verlauf der Promulgationsfeier an der Salzburger Universität mit folgenden Worten geschildert: „Collectis Dominorum Confoederatorum votis ab Universitatis Secretario coram Senatu Academico et Dominis Studiosis promulgatur novus D. Praeses, Assistentes simulque D. Neo-Praesidi Claves, Sigillum ac Statuta Academica in signum potestatis triennialis traduntur. Mox tubarum clangor ac Hymnus Ambrosianus“. Ähnlich lauten die neueren Berichte. P. Simon Rettenbacher, welcher vom Jahre 1671—1675 an der genannten Hochschule Geschichte und Ethik vorgetragen hatte, spricht aber noch von einem anderen Theile der Feier, welcher sonst nirgends erwähnt wird. Er schreibt nämlich, daß der neue Präses unmittelbar nach Übernahme der amtlichen Insignien in Gegenwart des Hofes**), der Professoren und Studenten eine auf die Feier bezügliche Rede, eine Art Inaugurationsrede hielt. „Neo-Praeses, postquam potestatis triennialis insignia accepit, apud aulicos, professores litterarum studiosos orationem solemnitati accommodatam habuit“. Die Promulgationsrede des neuen Präses Placidus Buechauer***), Abtes von Kremsmünster, liegt handschriftlich noch vor und bestätigt vollinhaltlich Rettenbachers Worte. Sie ist eine schön ausgearbeitete, fein polierte Stilprobe und zerfällt in drei Theile. Im Eingange weist der Redner auf die enge Beziehung zwischen Staat und Wissenschaft sowie auf den großen Rungen hin, der sich aus diesem Verhältnisse für beide Theile ergibt. Die Abhandlung enthält ein begeistertes Lob der einzelnen Zweige der Wissenschaft. Im Schluße wendet sich der Redner an den Landesfürsten mit der Bitte, daß er zum Segen der Stadt die Musen schützen und schirmen möge, fordert Professoren und Studenten zur intensiven Pflege der Wissenschaften auf und verspricht seinerseits, für den Ruhm und den Glanz der Salzburger Hochschule jederzeit seine beste Kraft einzusetzen zu wollen. Wenn auch Rettenbachers Notiz, sowie die Rede des berühmten Abtes von Kremsmünster keine allgemeine Bedeutung haben, so entbehren sie doch nicht des localen Interesses für Salzburg und seine ehemalige Universität; deshalb dürfte die Veröffentlichung derselben in den „Mittheilungen“ der Gesellschaft für Salzburger Landeskunde angezeigt sein.

*) Bonndorffii 1728, p. 195.

**) Somit war auch der Hof bei der Feier vertreten.

***) Placidus Buechauer wurde im Jahre 1663 zum Präses gewählt.

Oratio, quam Neo-Praeses Placidus Buechauer de litterarum commendatione habuit.

Rem publicam et litterariam aut fatum connectit aut necessitas constringit. Floret illa, ubi haec incrementum sumit, vigore destituitur, cum languescit ista. Vinculo artiore iungi amant hae duae sorores, quam Gratiae, quas consertis invicem manibus finxit vetustas. Ut planius dicam, res publica suam litteris felicitatem debet ac litterae prospero rei publicae statui suam vicissim securitatem. Quae enim vita civilis foret, si omnia maestis ignorantiae tenebris involverentur? Quae doctrinae gloria, si societas humana labasceret aut convellere-
tur? Vix umquam regnum beatum absque studiis fuit nec facile in-
venti eruditii viri republica perturbata. Disciplinae quidem privatos intra parietes hauriri utcumque possunt, at quo modo publica nego-
tia expedientur, nisi eruditio facem accenderit et inscitia caliginem deterserit? Laborat iustitia, cum ius dicunt imperiti; perplexa sunt consilia, ubi senatus indoctus; Mars ipse infelix, cum dux militaris artis et mathematum ignarus aciem instruere nescit. An plura de-
sideratis? Anima, melior et divinior nostra pars, languet ac deficere coepit, quando doctrinae pabulo non nutritur nec semina educuntur, quae abstruso condita sinu. Quare maiores nostri providi et sapientes viri gymnasia erexerunt, academias instituerunt, in quibus iuventus et litteris et egregiis moribus infirmaretur, ut laboranti paulo post rei publicae succurreret et casum minantem suffecturis umeris fulciret ac sustentaret. Quo fructu id factum? Eiecta terris barbaries, fugata inscitia, eliminata improbitas; cultiores statim mortales redditii ac mansuetiores, veritas coepit innotescere, scientiae et artes amari, cunctis rebus splendor addi. Germaniam nostram intueamur informem olim terris, ut Tacitus prodit, asperam caelo, tristem cultu aspectuque, nullis ferme legibus instructam aut urbibus habitatam. Quis est, qui ignoret, omnia immutata, postquam litterarum studia inventa? Nunc plerasque gentes sive urbium magnitudine sive multitudine sive mili-
tari laude sive regendarum civitatum institutis superamus. Adeo nihil negatum illis est, quibus ad praestantem indolem diligens cultura accessit, ut non domi solum, sed foris etiam nec pace minus quam bello clarescant. Nam quid invenitur uspiam, quod non fideliter tradant aut doceant litterae? Cuius voluntati ac voluptati non promptum obsequium artes impendunt vocatae? Barbariem horres ac pure nitideque loqui desideras? Accurrit grammatica ac multis regulis

exceptionibusque blandum onusta vestigia firmat, ne in errores impingas. Remittere gravioribus curis animum oppressum iuvat, deliciis et innocentibus iocis vacare? Musica et poesis se sistunt dulcique lusu aurem vellicant languoremque excutiunt. Cum Tullio ac Demosthene ingentia verba instar stagnantis et effusi late amnis devolvere aut tonare cum Pericle cupis? Rhetorica modum docebit, tropos suggeret ac figuratas. Contentionem amas et rationis proelia? Arma logice praebebit. Caelum, terram quaeque in iis continentur, scire ambis? Naturalis philosophia, quocumque voles, ducet. Mores hominum formare, populum frenare, imperio praeesse, optimatibus consulere curae est? Ethica et politica viam monstrabit. Sed quo dilabor et mathesim nondum attigi? Haec astra scrutatur, terram metitur, imperat undis. An quisquam militiae praeire audebit hac nisi probe instructus? An urbem capiet aut defendet? Unde scientiam hauriet instruendae aciei, tot tantorumque, quae usus exigit, perficiendorum instrumentorum, vallorum, machinarum? Quid porro de arte medica dicam, quae corpus humanum aut conservat aut restituit. Quid de iurisprudentia tam civili quam canonica, sine qua nec tuto nec quiete vivere licet. Quam utile vero et suave historiarum studium, quod rei publicae gerendae animam affirmare nemo ambigat? Quae gloria demum competit caelesti theologiae, cuius monita et consilia in rebus dubiis exquirere et sequi tenentur potentes, ne, dum terrenis nimium se negotiis involvunt, caelo excidant et casu irreparabili aberrent. Haec omnis utilitas ac voluntas ab academiis in rem publicam redundat eique maximo sunt subsidio atque ornamento, qui iisdem diligentem litteris operam aut docendo aut discendo navant. Quare Celsissime et Reverendissime Princeps, Musis, quae Salisburgi sedem fixerunt, ex usu huius celeberrimae urbis amicissimus semper manere digneris. Quam ob rem patres academicci tuque studiosa iuventus, ut hactenus fuistis, in eam curam sedulo incumbite, ut plurimum vobis patria, amici ac principes, quibus devincti estis, debeant, ut respublica seu sago seu toga praedclare per vos gubernetur et universitatis decus illustres ubique radios diffundat, cum doctissimos et clarissimos viros e facundo sinu dimittat ac retineat nec quisquam opprobrio segne otium magnifico litterarum nomine velare dicatur. Me quod attinet, quem nunc licet immeritum praesidem iussistis, nullus labor aut discrimin deterrebit, quin omni vobis ope, consilio ac opera sim semper adfuturus.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Mitt\(h\)eilungen der Gesellschaft für Salzburger Landeskunde](#)

Jahr/Year: 1897

Band/Volume: [37](#)

Autor(en)/Author(s): Lehner Tassilo P.

Artikel/Article: [Zur Promulgationsfeier an der Salzburger Universität.
229-231](#)